

I I I.

77

latus extruebat. Incredibili celeritate magnò spatio pau-
cis diebus confectò, cum iam pecus, atque extrema impe-
dimenta ab nostris tenerentur, ipsi densiores sylvas pe-
terent, eiusmodi tempestates sunt consecutæ, uti opus ne-
cessario intermitteretur, & continuatione inbrium,
diutiùs sub pellibus milites contineri non possent. Itaque
vastatis omnibus eorum agris, vicis, ædificijsq; incensis,
Caesar exercitum reduxit, & in Aulercis, Lexobijsq; re-
liquis item civitatibus, quæ proximè bellum
fecerant, in hybernis col-
locavit.

Vid. infy. Glareani annotationes pag. 46. — 52.

C. IVLII CAESARIS COM-
MENTARIORVM DE BELLO GAL-
lico liber quartus.



Hæmæ, quæ secuta est, hyeme, qui fuit an- Cap. 1.
nus Cn. Pompeio, M. Crasso consu-
libus, Vsipectes, Germani, & item Vsipectes
Tenchtheri magnâ cum multitudine Tench-
ne hominum flumen Rhenum tran-
sierunt, non longè à mari, quo Rhe-
nus influit. Causa transeundi fuit, quod ab Suenis com-
plures annos exagitati bellò premebantur, Et agricul-
turâ prohibebantur. Suenorum gens est longè maxima Suci.
& bellicosissima Germanorum omnium. ij. centum pa- auct.
gos habere dicuntur. Ex quibus quotannis singula mil-
lia armatorum bellandi causâ suis ex finibus educunt. auct. p. 1. 1.